FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

# Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De inofficiosis dotibus. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

cum exhæredatio.ff.de contratab.& l.Papinianus.§.ſi conditio- 1 naliſ.ff.de inoffic.teſt.

1 *Vbi remedia concurrunt:an alterum per alterum tollatur?*
2 *Sicut filij habent querelam contra donationem factam à parente,ita & econuerſo: cùm parentibus debeatur legitima.*
3 *Quid in fratre?*

LEX IIII.

1 SI filius. †Iſta querela non datur quando compe- tit aliud auxilium etiam extraordinarium ſi per ipſum plenius prouidetur,quàm per querelàm.h.d.& ſicut remedium ordinarium excludit extraordinarium.vt l.in cauſæ.de mino.ita & vnum extraordinarium:vt eſt reſtitutio in integrum,excludit aliud extraordinariũ minus plenum.vt eſt querela inofficioſæ donationis.quia per reſtitutionẽ in integ.retractatur tota donatio:ſi donans fuit læſus.& erat mi- nor.xxv.& tranſmiſit beneficiũ reſti.ad matrẽ hæred.eius.vt in l.non ſolum.ff.de in integ.reſti.vnde nõ indiget mater querela ex perſona ſua,per quam non retractaret niſi vſq; ad legitimam.Vtilius eſt ergo ſibi impetrare reſtitutionem ex perſona filij defun-
2 cti.Adde ꝙ plenè no.in l.in prouinciali.de ope.no.nun.† De cõcurſu remediorũ,an alterum per alterum tollatur.adde ꝙ extra-
1 ordinarium etiã tollit ordinariũ:quando per ipſum plenius' prouidetur.vt no.s.ſi aduer.rem iud.l.fi.in glo.veniamus ad caſum. In tex.ibi:[ſi filius tuus.]ſupple qui erat minor.xxv.an. tempore quo donauit:& ſic tanquam læſus habebat reſti.in integ. ſi donatio fuit valida mero iure:puta quia facta de rebus mobilibus . & eius authoritate cura ſi ipſum habebat:vel ſine,ſi ipſum non habebat.Si verò de immobilibus,etiã cum cura.authoritate nõ potuit valere:quia nõ poterat immobilia alienare:niſi cũ decreto iudicis.& ex cauſa æris alieni exoluẽdi.Vnde reſtitutio nõ eſſet neceſſaria.vt d.l.in cauſæ.ſed bona poſſent vendicari:vt hæc habẽtur in l.ij.§.ſi aduer.dona.& multominus eſt neceſſaria querela: tu autem mater ſucceſsiſti eidem filio qui deceſſerat ſine liberis.
3 †Not.ergo ꝙ ſicut filij habent querelam contra donationem factam à parente:ita & econuerſo,quia parentibus debetur legitima.Idem dicit gloſ.j.in fratre, & ſic innuit ꝙ ſibi debetur legitima intellige:ſcilicet turpi perſona inſtituta,quod non placet: quia legitima vniformiter debetur:in fratre verò non poteſt eſſe vniformitas:dic vt tactum fuit in l.fratres.s.tit.j.

LEX V.

1 SI totas. †Quod immoderatè liberis eſt donatum, propter ſuperuenietes liberos etiam viuo donatore,reuocatur ipſo iure.hoc dicit.ſecundùm Bartolo.licet dicat contrarium in vtroque ſcilicet quòd non ipſo iure:ſed per querelam, nec viuo donatore:ſed poſt mortem eius.quòd videtur eſſe contra tex.in fi.ſecundũ Bart.& pro ipſo facit l.ſi vnquam.de reuo.dona.& etiam ratio,quaſi inſit cõditio tacita ſi alios liberos non habebit.caſus eſt iſte.

LEX VI.

1 CVm donationibus. †Non poteſt intentare hanc querelam qui iudicium defuncti agnouit vel qui habet aliud auxilium pinguius:vel qui habet integram legitimam. vel tantùm ꝙ ſufficiat & in eam computetur.h.d. In tex.ibi.[agnouiſti.]quia accepiſti illud modicum ꝙ pater tibi in codicillis diuidẽdo aſsignauit.& promiſiſti amplius non petere occaſione legitimæ . ſi autẽ ſimpliciter illud acceptaſti, nõ videris renuntiaſſe huic querelæ quæ datur ad ſupplementum legitimæ:ſicut nec iuri agendi ad ſupplementum.vt s.tit.j.l.ſi quando.§.fi.licet gl.hic videatur ſentire contra. dum dicit. [vel tacitè accipiendo legatum &c. ] ſed querelæ inofficioſi teſtamenti bene cenſeretur renuntiatum acceptando legatum ex teſtamento.ff.de inoffi.teſt.l.fi.

LEX VII.

1 SI mater. †Iſta lex nihil vltra dicit quàm per alias leges appareat.ſed ſolũ quòd donatio inofficioſa reuocatur vſq; ad legitimam.hoc dicit.

1 *Donatio quòd non retractetur per hanc querelam:niſi quando eſt inofficioſa re & conſilio:ſi autem re,ſecus.*

LEX VIII.

1 SI liqueat. † Donatio facta 2 liberis : licet ſit inofficioſa re & cõſilio, nõ reuocatur:niſi quatenus eſt inofficioſa.Item in eo ꝙ vxor donauit de bonis viri: debet inſpici an filij per illã donationem in bonis viri fraudenẽ.h.d.Bar.Per iſtã legem fundãtur duæ opi.vna Azo. qui tenuit ꝙ donatio inofficioſa etiã re & conſilio nõ retractatur niſi vſq; ad legitimã.vt in l.j.§. eo. nam hic fuit inofficioſa re & conſilio: vt patet in prin.dum dicit [interuertendæ quæſtionis &c.]& ibi dum dicit[conſilijs.]& tamen non retractatur niſi vſq; ad legitimam.vt patet ibi : dũ dicit [pro ratione quartæ : ]ſed hoc ſentit Bulga. qui tenuit contrariũ & exponit tex.dũ dicit.[pro ratione quartæ].i.ex eo ꝙ nõ habet integrã,reuocat in totum : non vult aũt dicere ꝙ reuocat vſq; ad quartã.vel melius dic ꝙ reuocat vſq; ad quartã:& hoc ideo quia fuit facta alteri filio.vt patet ibi dum dicit[emãcipato filio. &c.] ſed ſi fuiſſet facta extraneo , reuocaretur in totũ per l.ſi libertus minorẽ.ff.de iure pa. Alij tenuerũt ꝙ etiã ſi ſit facta filio,reuocetur in totũ:qñ erat inofficioſa re & cõſilio.per l.Titia.§.Imꝑator. de le.ij.ſed ad illã legẽ rñdit Hug.ſeu Bulg.vt no.in l.j.§.e.in glo. mag.inver.quintò quæro.ibi:nec ob.ff.de le.ij.l.Titia.§.Impera-
2 tor.& per ꝑdicta eſt expedita gl.j.Alia †opi.quorũdã q dixerunt ꝙ donatio nõ retractatur per hãc q̃relã:niſi qñ eſt inofficioſa re & cõſilio:quia cõſtat ꝙ expreſsè voluit filiũ fraudare legitima.Si aũt re.tũc ſecus,& ita debent intelligi & limitari oẽs leges huius ti.& in hoc differt illa querela à querela inofficioſi teſtamẽti.quæ daẽ etiã ſi re tãtũ filius fuit fraudatus legitima.gl.fi.huius.l.reprobat hanc opi.per l.ij.§.eo.in verbo impetu &c.vt ibi tetigi.

2 ¶Plenius.Addẽ bar. in l.in prouinciali.ff. de no.oper. nunc. & Pan.in.c. ex pte extrã de reſcri.Et vide ſatis in propoſito eũ dẽ Pau.de ca.cõ.ſuo xv.inci. Circa ea q̃ ſuperius.col.xj.circa prin.in antiqs.Cur.

1 *Argumentatio à caſu ſimili eſt multùm debilis.*

LEX IX.

1 NOn conuenit. †Iſta quærela aſsimilaẽ querelæ inofficioſi teſtamenti.& ideo durat quinquennio tantũ.& non vltra. h. d. & in iſta lege fundat ſe Bar.ad dicendũ ꝙ ius agendi ad ſupplemẽtum tollitur quinquennio:ſicut q̃rela inofficioſi teſtamẽti: quia per illã querelã ſuppletur legitima. & nõ irritatur donatio tota qñ fuit facta vni ex liberis.vel qñ non fuit inofficioſa conſilio,& ſic aſsimilatur iuri agẽdi ad ſupplemẽtum magis quã querelæ inofficioſi teſtamenti:per quam reſcinditur totũ teſtm̃.cõis opi.modernorũ eſt in cõtrariũ:quia illud ſupplemẽtũ petitur cõdi.ex l.quæ actio eſt perſonalis:& durat perpetuò.& nõ daẽ ad reſcindendũ teſtamentum.ſed illa querela etiã quando cõpetit vſque ad legitimã,datur ad reſcindendũ donationẽ.ideo eſt alterius naturę:per hoc apparet vtilitas auẽ.vnde ſi parens. quia introducit de nouo vt ſi aliquid erat relictum filio,agat ad ſupplementum contra donatarium.non aũt querela.hoc tamen decla-
2 ra vt dixi in l.j.† Et no.in l.iſta cũ gl.ꝙ argumẽtatio à caſu ſimili eſt multũ debilis:quia rarò ſunt aliqua per omnia ſimilia. facit quòd no.in l.fi.§.ſi inter de verb.ob.& l.comparationes . de fide inſtru.j.& ad mu.l.pe.§.pe.& in auẽ.de fide inſtr.§.ſi nonnullus. & per Guli.in l.de quibus.ff.de legibus.

*De inofficioſis dotibus.* *Rubrica.*

2 *Quando duæ leges videntur prima facie inter ſe contrariæ,debent ambæ cum diſtinctione ſaluari:ſi poſſunt.*
3 *Filij mortua matre an poſſint agere querela inofficioſæ dotis contra patrem, & conſequantur legitimam?*
4 *Quid in filijs ſecundi matrimonij?*
5 *Pater,uel mater an poſsit dotare filiam in præiudicium legitimæ filij?*
*Quid in liberto in præiudicium legitimæ patroni?*

LEX VNICA.

1 CVm omnia. †Sicut donatio in officioſa reſcinditur per querelã inofficioſæ donationis.ita & dos inofficioſa reſcinditur ꝑ querelã inofficioſæ dotis.h.d.Erat aũt hic maior dubitatio:qa maritus in dote nõ habet cãm lucratiuã,ſed oneroſam.vt l.fi.§.fi.ff.q̃ in frau.cre.& de ac.& obl.l.ex ꝓmiſsiõe.& ſi dicatur qñ paciſciẽ de lucrãdo dotẽ : quo caſu loq̃ iſta lex:nõ habet cãm oneroſam,ſed lucratiuam, ideo videbatur

a ¶Quādo duę leges. Adde la.bu.in.l.cum de ætate. ff. de prob. Spe.in tit. de diſp. & alleg. in §. poteſt hic autē Ant.de bu. in.c. cum tu.de teſti.

ſufficere querela præcedentis ti. Reſpōdetur ꝙ imò illud lucrum nō eſt merū lucrū: ſed contingit propter onera præcedētis matrimonij: vt no.in l.ſi donaturus,in fin.ff.de condi.ob.cauſam.& quia prouenit ex quadam neceſsitate: quia fortè maritus aliter eam non accepiſſet: vnde videbatur quod nō eſſet retractanda: quia ti. præcedens loquitur quando ex mera liberalitate quis donauit,nulla neceſsitate ſubſiſtente:& ideo iſta lex fuit neceſſaria, quæ decidit contrarium. vt poſsit reuocare ſi filij per eam ſunt fraudati legitima,& illa lex bene facit ſecundū prædicta ad illā. q.de qua tetigi in.l.j.in ſi.mag.gl.ſ.ti.j.an filij ſicut poſſunt reuocare donationē inofficioſam: ita & venditonem quæ eſt titulus oneroſus.& facit ꝙ ſic.vt dixi: venio ad caſum.† In text.ibi:[leges legibus cōcordare.] Iſte tex.ſemper allegatur. & ex eo ſumptum eſt.c.cū expediat:de elec.li.vj.Et allegatur ꝙ quando duæ
a leges ᵃ vidētur prima facie inter ſe cōtrariæ:ſi poſſunt cū diſtinctione ſaluari, debent ſaluari ambæ:nec debemus dicere ꝙ altera per alterā corrigatur.vide quod no.Bar. in extrauagāti ad reprimendū, ſuper verbo nō obſtante, & facit in prima conſtitutione huius voluminis.§.quibus.& quod no.Cy.in l.in exercendis.j.de fi.inſtr.iſte tex.tamē noluit hoc dicere: ſed voluit dicere ꝙ debemus cōcordare per ſimilitudinē:vt ſicut per leges præcedentes fuit introducta querela inofficioſæ dona.cōtra meram & puram donationē, ita & per iſtam. l.debuerit introduci querela inofficioſę dotis cōtra dotem inofficioſam:licet nō ſit mera, nec ſimplex donatio. ex eadē æquitate: ne filij fraudentur legitima.
3 †In gl.j.ibi dum dicit [trāſeunte ad ſecundas nup.] & ſic loquitur de filijs primi matrimonij volētibus retractare inofficioſam dotem datā ſecundo viro.ſed qd de liberis eiuſdē matrimonij:puta mulier quæ alium virū nō habuit,nupſit:& dedit in dotē omnia bona ſua, cū pacto de lucrādo dotē totā ſi prædecedat in matrimonio ſine liberis,vel etiā cū liberis deceſsit qui nō poſſunt tanquam hęredes aduocare dotē à patre ipſorū propter pactū prædictū:volūt agere querela inofficioſę dotis vt ſequantur legitimā, vtrū poſsint? Gul.de cu.format hic iſtā quęſtionē.& determinat quod nō tali ratione:qa fortè maritus aliter eam nō recepiſſet:& ſic iſti nō fuiſſent nati: vnde nō debēt cōqueri de eo quod dedit eis:quæ ratio ceſſat in filijs primi matrimonij.Itē quia pater eorū q fuit lucratus,tenetur eis reſeruare illā dotē:ſiue tranſeat ad aliud matrimoniū,ſiue nō hodie:licet olim non.niſi trāſibat ad ſecundū matrimoniū: vt in auth.neq; virū quod ex dote. §.propterea poſita.j.de ſecū.nup.aut.vxore mortua.vnde nō cēſetur fraudari.nā ſi totā dotē poſſent recuperare tanquā hęredes,pater habet vſumfructū.nō ergo debent cōqueri quod interim tota proprietas ſit apud patrē,poſtquā ad eos eſt reuerſura.Tene mēti qa alij
4 doc.l.Cy.in addi.& etiā Bal.ſequitur illā deciſionē.†In ea.gl.ibi. [pactū cum viro de dote lucrāda.] Idē ſi ſine pacto:ſi tamen ibi erat ſtatutū de lucranda dote tota vxore præmortua:vt eſt Florentię,qa non debuit omnia bona dare in dotē:poſtquā ſciebat, vel ſcire debebat tale ſtatutū:ſed debuit tm̄ reſeruare quod ſufficeret ad legitimā filiorum primi matrimonij,& ſic reſcinditur lucrū ſtatuti quod veriſimiliter nō creditur voluiſſe pręiudicare filijs primi matrimonij:niſi diceret expreſsè ꝙ maritus lucretur totā dotē etiā extātibus liberis primi matrimonij:qa ſtatutū pōt tollere legitimā.ſecundū cōmunē opi. no.per Cy. in.l. ſancimus j.de ſecū.nup. & ita recordor cū eſſem vnus de cōpoſitoribus nouorū ſtatutorū Florentię,ꝙ fecimus poni in illo ſtatuto,& addi qđ prius nō erat:qa illa erat intentio populi:alias viduę nō reperiebāt maritū qñ habebāt liberos ex primo matrimonio. In alia gl. quę incipit [hodie.] ibi.[vel dic ſecūdū Hug.eā cōpetere etiā cū auxilio.] Iſtā ſequitur Bart.declarās hoc modo:qa cōpetunt ad diuerſa.nā querela inofficioſæ dotis datur ad retractādū lucrū dotis vſq; ad legitimā debitā filijs. remediū verò.l.hac edictali.datur ad aliud:videlicet vt in reſiduo filij primi matrimonij reducātur ad æqualitatē cū viro:vt ibi no.in gl.ſic & ibi erit ordo:vt primò petatur legitima per hāc querelā.& ſic debet ante reduci, & poſtea reſiduū æqualiter diuidatur inter liberos primi matrimonij & ſecundū maritū. Illud ergo quod reuocatur per illā.l.non cōputatur in legitimā.& hoc videtur tenere gl.in illa. l.hac edictali:& in aut. de nup.§.optimè,quod etiā hic videtur ſeq Bal.& in illa.l.hac edictali.dicēs ſe pluries ita cōſuluiſſe:ſed d.Bartolomeus de ſaliceto videtur tibi tenere cōtra.ꝙ imò cōputetur,& ꝙ incipiat à re... tracta,quæ ſit authoritate illius legis.& ſi illud ſufficit ad legitimā,vlterius nō agatur ad eā per illā.l.& ſic iſta.l.erit correcta per illā.iſte paſſus eſt quotidianus & pluries habui de facto:temeriū eſſe in cōſulēdo recedere à p̄dictis.& à gl.p̄dict.tamen volentes tenere cōtra,dicūt ꝙ illa nō fuit intētio gl.& eſt ſatis diſputabilis paſſus.Bal.hic format tres notabiles quæſtiones circa materiā illius.l.hac edictali.quas non recito:quia non pertinēt ad iſti
5 l.ſed cū ibi erimus,deo dāte dicemus.†In glo.ibi.[vel tertiò ſecūdùm placē.loquitur quando dotabat filiam,vel extraneam.&c.] Contra primū dictū oppo.de l.j.§.vtrum in fi.ff.ſi quid in fraud. patron.vbi libertus poteſt dotare filiam in præiudiciū legitimæ patroni:nec pōt patronus conqueri.ergo & pater vel mater poſſunt dotare filiam in præiudiciū legitimę alterius filij maſculi... ſus contrariū vult iſta gl.Sol.aliud in patrono, cui præferuntur filij liberti:imò nō debetur eis legitima ſi reſtāt tales filij.aliud in patre vel matre,qui nō poſſunt dotare filiā in præiudiciū legitimæ aliorū filiorum,& iſtud no.quia frequēter hoc contingit:q... pater dat largas dotes pro filia:vel promittit,intantū ꝙ nō remanet legitima maſculorū.nā mortuo tali patre vel matre alij filij... poſſunt reuocare dictā dationē dotis vſq; ad legitimam, etiā cōſtāte matrimonio inter filiā dotatā & maritum eius:licet maritus habeat cauſam oneroſam:quia non debēt alij filij carere legitima propter dotationē ſororū.ita intelligo iſtam glo.ſed quando mulier dotat ſeipſam,ea viuente nō poſſunt filij retractare:quia non habent ius in legitima viuēte patre vel matre:ex hoc nō ſequitur incōueniēs aliquod cōtra maritū.ex quo nō ſuſtinet onera matrimonij:licet lucrū retractetur:Tene mēti. In quātū verò loquitur de alia extranea.dicūt doc.ꝙ tūc nō fuiſſet neceſſarius ille tit.ſed ſufficiebat tit.præcedens:quia illa eſt merè donatio.Tu dic cōtra propter ea quæ.ſ.dixi quia non eſt mera dona.reſpectu mariti.

## *De petitione hæreditatis.* *Rubrica.*

1 ☞ *Quando hæreditas aliqua deuoluitur in fiſcum tanquam caduca, uel tanquam ... na uacantia, uel ex eo quòd hæres priuetur tanquam indignus, competit fiſco petitio hæreditatis contra poſſeſſores eius, licet non ſit proprie hæres, ſed uniuerſalis ſucceſſor.*

3 *Iura loquentia in fiſco, quando habeant etiam locum in alijs?*

4 *Bonæfidei poſſeſſor hæreditatis licet propter bonam fidem faciat fructus ſuos, tamen eos lucratur: ſed reddere tenetur.*

*Quid in induſtrialibus?*

5 *An teneatur etiam ad uſuras, & quid in malæfidei poſſeſſore?*

LEX I.

1 SEnatuſconſultum. † Senatuſconſultum factum ... materia petitionis hæredi.& ex quo peti.hære. ... buit originem.licet loquatur in perſonam fiſci ... quem pertinebat hęreditas,tanquam caduca ... ſominus habet locū in alijs priuatis,ad quos pertinet hæreditas.Item bonæfidei poſ.hære.ad alios ſpectantis non tenetur:niſi quatenus ex ea effectus eſt locupletior pro tempore ante litem conte.vel controuerſiam motam:ſed pro tempore currente poſt tenetur inſolidum:etiam vltra quàm ſit locupletior. & ſic de fructibus non ſolum perceptis:ſed qui percipi potuerunt, & eius culpa non ſunt percepti.& etiam ad vſuras pecuniarum dactæ ex venditione rerum hæreditariarum: & hoc totum decernebat ſenatuſcon. cuius verba habentur.ff.eodem.l.Item veniunt §.pridie.& §.cum antequam.h. d.text.cum gloſ. Et pone caſum quòd quidam tenuit & poſſedit de facto quandam hæreditatem me pertinentem,& fructus percepit,& conſumpſit,& quoſdam percipere potuit, & non percepit eius culpa, vel negligentia. Item res hæreditarias vendidit,& pretium percepit: quod venit in peti.hæred. quia in vniuerſali iudicio pretium ſuccedit loco rei.vt l.ſi rem & pretium.ff.eod.& hoc totum fecit bona fide, credens ad ſe pertinere: volo agere contra eum petit.hæred.& petere non ſolùm fructus perceptos & extantes, ſed etiam conſumptos. & etiam non perceptos: quos tamen percipere potuit.& vltra hoc etiam vſuras dictarum pecuniarum.dubitatur principaliter de fructibus conſumptis, & non perceptis.& de prædictis vſuris,an veniant in petitione hære.& an debeat in eis condemnari.ſuper hoc emanauit ſenatuſconſul. ꝙ fuit factum tempore Adriani imperatoris.quo tempore vigebat l. Papi. qui ...